



ad partes AE ; & supra factum est conuertendo, vt
 dimidium DE , ad ABE , sic kE , ad GH . Er-
 go rationes FE , ad Ek , & Ek , ad GH , æquales
 erunt rationibus Ek , ad GH , & AE , ad prædi-
 ctam interceptam. Ergo si auferatur communis ra-
 tio kE , ad GH ; FE , ad Ek , erit vt AE , ad il-
 lam interceptam. Sed ex constructione, vt FE , ad
 Ek , sic AE , ad EL . Ergo L , erit centrum æqui-
 librij semihyperbolæ. Et consequenter in LM ,
 erit centrum grauitatis semihyperbolæ. Qod &c.

SCHO-